

CONSTITUTIONES

Marchię Anconitanę

editę sub Egidio Cardinali Albornotio

cum additionibus

Carpensibus

D
1
146



Rome

in aedibus Francisci Priscianensij

MDXLIII.

TABVLA.

De iudicij, & pertinentibus ad ea.	char. 129. cap. 20
De censuris, seu calumniosis exceptionibus refrenandis.	char. 129. cap. 21
Quod auditores, & iudices teneantur terminos constitutionis Angelinę obseruare, & quolibet die accedere ad bancum iuris.	char. 129. cap. 22
De diebus iudicij seruandis.	char. 129. cap. 23
Quod nulla sententia proferatur, nisi prius confecto registro, & dato viris parti.	char. 130. cap. 24
Que forma sit seruanda in alienationibus, & contractibus minorum.	char. 130. cap. 25
De simulatis contractibus.	char. 130. cap. 26
De non faciendo contractum cum illo, cui interdicta fuerit bonorum administratio.	char. 131. cap. 27
De actis, & instrumentis productis qualiter restituatur, & de termino ad accipiendā copiam.	char. 131. cap. 28
Quod auditores, & iudices non expediant causas extra curiam.	char. 131. cap. 29
De allegationibus non fiendis voce per aduocatos, nisi aliter eis fuerit iniunctum.	char. 131. cap. 30
De obseruatione constitutionis super prescriptione instrumentorū hebræorum, & vsurariorum.	char. 131. cap. 31

CAPITULA SEXTI LIBRI.

Q UOD ad ipsum rectorem possit libere appellari.	char. 132. cap. 1
In quibus casibus appellare non valet.	char. 132. cap. 2
Quod sponte confessus crimen in iudicio non possit appellare.	char. 133. cap. 3
De friuole appellantis.	char. 133. cap. 4
Quod non appelletur ad Papā omissio medio, & quis cognoscat de appellationibus interpositis ad rectorem.	char. 133. cap. 5
Quod appellatio interponi possit ad iudicem, ad quem appellatur.	char. 133. cap. 6
De exhibitione, & petitione apostolorum.	char. 134. cap. 7
De appellatione viua voce facta quando valeat.	char. 134. cap. 8
Forma qualiter procedatur in causis appellationum, tam ante sententiam, quam post.	char. 134. cap. 9
De eodem, & terminis seruandis.	char. 135. cap. 10
De eodem super desertione.	char. 135. cap. 11
De appellationibus interponendis a iudicibus generalibus prouincię celeriter expediendis.	char. 136. cap. 12
De restitutione in integrum petenda directa via, omissis administrationibus, & causis agētibz.	char. 136. cap. 13
Quod appellationis remedio non possit renunciari.	char. 136. cap. 14
Quod acta exhibeantur i iudicio, quā appellatur i causis criminalibus, et quō procedatur quā nō exhibeantur.	char. 137. cap. 15
De modo procedēdi sup secūdis appellationibus, quę interponuntur ad rectorem prouincię, & suos iudices.	char. 138. cap. 16
Super appellatione ab interlocutoria.	char. 139. cap. 17
De modo soluendi salarium super appellatione.	char. 139. cap. 18
Quibus diebus, & temporibus termini, & tempora non currant in causis appellationum, & alijs, &c.	char. 139. cap. 19
De ferijs.	char. 141. cap. 20
Quod iudices presidatum deferat appellationibus corā eis interpositis ad curiam nostram.	char. 141. cap. 21
De pœna notarij recusantis recipere rogatum de appellatione, & p̄satione litterarum.	char. 141. cap. 22
De celebratione festiuitatum, & registris fiendis.	char. 141. cap. 23
De instrumentis appellationum, & sententijs ponēdis in eorū registris, & eorum solutionibus.	char. 141. cap. 24
Quod a rectore, & suis iudicibus appelletur solum coram eis, & nullus alius recipiat, vel feribat appellationem alibi factam.	char. 141. cap. 25
De non faciendo executionem ante decem dies.	char. 142. cap. 26
Quod in appellationibus non currat aliquis terminus ordinatus per statutam ad soluendū.	char. 142. cap. 27
Quod nullus officialis debeat cōmittere p̄uictū quōnis alicuius an, vel post diffinitiuā sniam.	char. 143. cap. 28
De committendo punctum ad consilium sapientis.	char. 143. cap. 29
De pœna inouationū, vel aliquid faciētiū cōtra appellatē, siue volētē appellare ad curiā gnālē.	char. 143. cap. 30
De prohibitione inouationis contra appellantes, & reuocatione inuocatorum.	char. 145. cap. 31
Quod nullus, qui contra appellationem fecerit, audiatur super defensione.	char. 145. cap. 32
Quod q̄s cognoscere dēt cōtra inouātes, appellōne p̄dētē vel i p̄dētēs appellātes, aut eorū fideiussores.	char. 145. cap. 33
De non admittendis appellationibus, nisi factō deposito quartę partis pœnæ.	char. 146. cap. 34
De appellationibus interponendis a sententijs capitalibus.	char. 146. cap. 35
Quod a sniis, et grauaminib' cōmiss. apo. gn aliu ad rectorem prouincię libera possit appellari, et recurri.	char. 147. cap. 37
Quod curiales sint in oibus, & per oia ciues in oibus ciuitatibus, terris, et locis prouincię.	char. 147. cap. 38
De diuersis iuribus constitutionū, quę debent in obseruantiam proualere.	char. 147. cap. 36

FINIS.

MARIUS FAVONIUS SPOLETINVS CELEBERRIMO
PATRONORVM, CAVSIDICORVMQVE, AC
TABELLIONVM, AGRI PICÆNI
COLLEGIO S. P. D.



VM Aegidianas Constitutiones olim confusas explicare, dispersas cōgrue disponere, mendosas corrigere, mutilatas redintegrare, obscuras illustrare, & in elucidiorem sensum, verumque dicendi characterem redigere, postremo sic explicitas, dispositas, correctas, redintegratas, atque illustratas, Typis excudere, nutu Cardinalis **CARPENSIS** (imperare enim suum est mihi iussa capessere) cui me, tanquā seruum glebæ adscriptitium perpetuo, vltroq; addixi, curauerim, diu, multumque mecum cogitavi, cui dignius has castigationes vna cum indice in alphabeticum seriem redactō, quod ex intimis Constitutionum medullis, summa, vt potui, cum diligentia elicui, dedicare potuissem, Tu præ cæteris semper occurristi. Ipse autem tanti confessus omnigena virtute præditi auctoritatem, amplitudinem, peritiam, sinceritatem, liberalitatemque, coniciens has tam friuolas nugas gerrhis Siculis vaniores ad te destinare vehementer abhorruī. Quippe qui tulissem Athenas noctuas, idæ arbores, arboribus frondes, Oceano aquam, littori harenam, hylæ flores, hymetti Apes. Neq; enim id vlli mirum videatur, cum cætus iste tam præclarus Troiano Equo, ex quo non (nisi duces) scaturiebāt, non im merito comparari valeat. In te omnis Picentum spes collocata est, tu solum es prouinciæ decus, honor, ac ornamentum, tu solum pauperum clypeus, columen, firmamentum, & tutela, tu inopes foues, tu pupillis faues, tu deniq; viduis præsto auxilio es, gaudeāt igitur miserabiles, lætentur egeni, exultent imperiti, exhilarētur infontes, quod eorum carinulæ sub tanto remige gubernentur, cuius remigio felici aura commotæ non solum periclitantur, verum etiam tuto tramite, & fausto auspicio portui subducuntur. Nihilominus existi mai opera fore dedicanda illis, qui iis perfrui, & oblectari soleant, vt ea, instar sculptorum, lubricius læuigare, & in clariorem fulgorem reducere, queant. Quam ob rem munuscula hæc tuis aris libenter consecrare decreui, rogo tamen ea, qualiacunque sint, genuina fronte, sereno vultu, miti lumine, alacri animo, læto corde, atque hylari pectore velis accipere, nō ob eorum magnitudinem, sed propter tui animi munificentiam more Artaxerxis, qui ab agricola aquam gemellis manibus collectam benigne hausit. Putabat enim non minus regale esse parua suscipere, quam regem magna elargiri, iterum, atque iterum rogo, vt ingenii munera accipias, & boni consulas. Vale.

lib. 1. p.

CONSTITVTIO

NVM MARCHIAE ANCO

NITANAEB

LIBER PRIMVS.

Prooemium.



VOLENTES, sicut nobis commissi sollicitudo requisit officii, fideles Ecclesie sub debitis iuris ordinibus regulari: ut iuste uiuentes quietis commodo fruantur, & pacis: & appetitus noxius debitis correctionibus arceatur: nos Egidius meditatione auina Sabinensis Episcopus Cardinalis, apostolica sedis Legatus, & prouinciarum, ac terrarum Ecclesie in partibus Italiae, citra regnum Siciliae, consistentium Vicarius generalis, iussa multitudine constitutionum, officialium, ac rectorum Ecclesie in dictis prouinciis, terris: de quarum pluribus, propter uetustate earum, primaui non reperuntur auctores: & quam plurimis Romanorum Pontificum constitutionibus sub bulla transmissis: de quarum aliquibus, propter negligentiam utentium, sunt originales bullae deperditae: & ipsis constitutionibus praemissis omnibus nostro mandato nobis haecenus praesentatis: & eis per nos, & nonnullos iuris peritos, & expertos uiros, quos ad haec uocauimus, diligenter inspectis, & saepius recensitis: post multos labores unum nouum uolumen praesentium nostrarum constitutionum pro honore Ecclesie fieri iussimus: in quo utilibus inde repertis, inutilibus, superuacuis, & contrariis resecatis: nouis que iuribus secundum opportunitatem locorum, temporum, & negociorum inuentis, constitutiones aequae honestae omnes, utiles, & portabiles, digestae, & cum omni mansuetudine continentur sub congruis ordinibus, & titulis collocatae: atque distributae per debitum ordinem in sex libros. In quorum Primo continetur litterae commissionum nobis factarum per summum Pontificem: quae tangunt potestate nostrae legationis, & uicariatus, & circa constitutiones edendas. Deinde constitutiones papales, quas in dictis litteris inuenimus, quarum aliquae, licet de aliquibus prouinciis mentionem faciant, & de aliquibus non, tamen ipsas ad omnes prouincias, & terras praedictae Ecclesie prorogamus. In Secundo Libro continentur constitutiones pertinentes ad rectores, & ad officiales pro Ecclesia, & iuribus publicis defenden

quæsito colore non possint bona stabilia emere, habere, tenere, & possidere in eorum ciuitatibus, terris, & locis: ipsos que curiales fore, & esse forenses, & pro forensibus haberi, & reputari. Nos uolentes huiusmodi fraudibus obuiare, & ipsos curiales, qui sub nostra protectione existunt, tueri, & in eorum priuilegijs conseruare, hac præsentis nostræ constitutione statuimus, decernimus, & declaramus, quòd nulla communitas audeat, uel præsumat directe, uel indirecte aliquid statuere, uel ordinare contra ipsos curiales, etiam per pacta, reconuentiones iuramento roboratas: quinimmo omnia statuta, decreta, ordinationes, & pacta contra dictos curiales edita, & edenda sint ipso iure nulla, & inualida: eã que reprobamus, & uiribus uacuamus, & curiales ipsos ciues in omnibus, & per omnia in quibuscunque ciuitatibus, & locis dictæ prouinciæ declaramus, & esse censemus: nec modo aliquo forenses reputari posse decernimus: & locum habere in præsentibus, præteritis, & futuris.

*ad cap. XXVII
si e' una cessit.
proportione*

De diuersis iuribus constitutionum, quæ debent in obseruantiam præualere. Cap. XXXVI.

AD tollendam omnem exceptionem, & suspicionis materiam statuitimus, quòd quoties iura, & constitutiones, & eorum dispositiones reperirentur contraria, & aduersa, prius seruentur constitutiones papales insertæ, & registratæ in præsentis volumine: secundo constitutiones Egidij, & domini Bertrandi: tertio constitutiones nostræ: quarto constitutiones prouinciæ non aduersantes has constitutiones, & à iure non prohibitas: quinto iura canonica: ultimo iura ciuilia obseruentur.

Libri Sexti, & ultimi finis:

a b c d e f g h i k l m n o p q
r s t u x y z terniones omnes. A duernio,
B ternio.

Romæ

In ædibus Francisci Priscianensis

M D XLIII. *1613*